



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Venerabilis Patris D. Hludowici Blosii Abbatis Lætiensis Ordinis S. P. N. Benedicti Tomus Posterior Margaritum Spirituale

Blois, Louis de

Monasterii Campidonensis, 1672

§. V. Obiectum quintum, Sacra lectio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45885](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45885)

enim amor & cura, ibi oculus at- que cogitatio. Quilibet pruden- ter considerare debet mensuram gratiæ quam à Deo accepit, quia Spiritus sanctus dona sua variè diltribuit.

§. IV. *Objectum quartum,*

O R A T I O.

Luc. 18. *Orans in*
quodidie
i Thess.
5.
Per verba illa Evangelii, *Opor-* tet semper orare, & non deficere; atque per ista sancti Pauli, *Sine* intermissione orate, non jubemur absque cessatione aliqua conti- nuare orationis exercitium (ne- que enim hoc fragilitas humana præstare potest) sed monemur nõ ita deserere orationem, quin quo- tidie illi diligenter instemus cer- tis horis. Et profectò, homo bo- næ voluntatis, qui semper bene agit, & cuncta opera sua refert ad honorem Dei, semper orat.

§. V. *Objectum quintum,*

SACRA LECTIO.

Fructus
& usus
& modus
sacrae lec-
tionis.
Dum sacræ lectioni conveni- enter intendis, aut aliquid aliud ad laudem DEI ritè facis, sæpè non minorem, imò fortè majo- rem fructum refers, quàm si ora- res. Neque enim orationes tan- tum, sed & quæque salutaria ver- ba ad gloriam Dei lecta vel audita, & quælibet piæ actiones atque cogitationes, animam mirificè exornant. Verè mens boni ho- minis ex spiritali doctrina mul- tæ præclaraque commoda reci- pit: nam & conservatur munda, & ignorantiam deponit, & tran- quilla redditur, & illuminatur, & nutritur, & excitatur, & robo-

ratur, & eximiuni decorem acci- pit. Igitur lege vel audi libenter verbum Dei sanamque institutio- nem, à quocunque etiam homine proferatur, & quantumcunque simpliciter annuntietur aut scri- batur: sed corruptam pestife- ramque hæreticorum doctrinam execrare. Etiam si quis exactè nõ intelligat, neque memoriã reti- nere possit pia, quæ ad laudem Dei legit vel audit; nihilominus talia plurimum animæ profunt. Certè interim, dum bona sic le- guntur vel audiuntur, tempus homini minimè perit: sed dum le- guntur etiam plurima & optima, si pura rectave intentio legenti deest, perit utique ei tempus.

§. VI. *Objectum sextum,*
EXERCITIORUM VICIS-

SITUDO.

Non nimis diu uni alicui ex- ercitiio insistendum est, ne fasti- dium generet, & animum segnio- rem reddat: sed convenienter va- rianda sunt exercitia. Si tibi in orationibus vel meditationibus atque exercitiis sanctis desunt lacrymæ externæ, non id te pertur- bet; nam homini Deo placere cu- pienti non desunt internæ lacry- mæ: & licet oculi ejus non plo- rent, plorat tamen cor. Pro lacry- mis quas non habes, offer Deo Patri lacrymas Christi. Sanè gran- dis cõmotio compunctionis sen- sibilis solet à nonnullis ple- numque vitanda est, ne bonæ corporis habitudini & mentis se- renitati officiat.

LI 2

Deo,

I.
Lacry-
marum
vicarium
& uti-
lium
fons.